


2.
f

EPISTOLA
AD ILLVSTRISIMVM
ac Magnificum Dominum,
D Petrum Pe-
trouuit.

416965.1

SCRIPTA
A GREGORIO ZE-
GEDINO.

1557



Carissimo suo fr̄i et
rotabilitatej eichissimo
Linerij Rarolij d.d. grigore
Zegedino.

ILLVSTRISSIMO AC
Magnifico Domino, D. Petro Petro,
uuit, pio Principi ac Domino Clementissimo,
Gregorius Zegedinus, pacem, ac sa-
lutem in Domino.

COGITANTI mihi quid potissis-
cum Magnifice Domine huius
ætatis Principum insignæ decus, literis
ad te committerem : multa protinus oc-
currebant quæ me a scribendo deterre-
bant. Inprimis enim ingenui pudoris
erat, ne ego terræ filius, tantum herœa
etiam necessitate adactus, interpellar-
em. Constat etenim non semper tu-
tum fuisse sanctissimos Principes apel-
lasse, quos oportet adire non solum in
tempore uerum etiam religiose. Ad-
hæc, minus officiosum uidebatur, Cle-
ment : Principem tot & tam grauibus
Reipub : negocij, sed in primis sarcis
endæ magnatum concordia, & restitu-
tioni amissæ libertatis intentum, literis
parum necessarijs appellare. Verum hæc
omnia impedimenta facile desummisit
Clariss :

Clariss: uiri D. Martini Episcopi Ma-
gnificentiae uestræ uigilantissimi, Mœ-
cenatis studiorum meorum præstantis-
simi, ad scribendum cohortatio.

Maximæ uero insignis Naturæ ue-
stræ bonitas ac singularis quædam ad-
monitio, Et incredibilis humanitas :
non solum publica omnium bonorum
uoce prædicata, uerum etiam ipsa quod
aiunt fronte, totoq; corporis habitu
relucens, tantum mihi addit fiduciæ, ut
nec ipse omnium seruorum Uestræ
Magnificentiae infimus, dubitem te
incultis salutare literis.

At cum cæteros uideam tuis claris-
simis officijs gratulari, & tibi benevo-
lentiæ signa declarare : Iudico extremæ
non modo ingratitudinis sed impieta-
tis esse, me multis nominibus tuæ ex-
cellentia deuinctum, hæc Tua beneficia
silentio præterire, Quare summa ne-
cessarium erat mihi beneficium exper-
to, magnificantiam tuā scriptis cōpellas
re ac

re : ac pro liberalitate tam salutaris Princ
cipis æternas & nunqu intermorituras
agere gratias . Nuper enim mediante
meo mœcenate , paterna eius interce
dente opera , magnifica uestra in Bere
czaz insperato & in expectato ornauit
beneficio .

Te igitur agnosco , te semper Be
nignissimum & liberalissimum Princi
pem apello , qui efficis ut ex prouincia
Magnifica Vestræ uelut ex equo Tro
iano salutaria Ecclesiæ Dei organa exis
tiant , per quæ uera Religio stabiliri pre
claræ uirtutes erigi , ac honestæ artes
reflorescere incipient .

Nec dubium est quin Deus mirabi
li consilio , in hac postrema mundi se
necta , in qua studia literarum & omne
uirtutis genus oppressum uidetur , sa
lutares excitat Principes , qui Ecclesiæ
Dei afflictæ hospicia prebeant , Et in
genia studijs apta prouehant , ut pos
sint esse usui Reipublicæ . His Princi
pibus ut Rempublicam afflictam erige
A ij te pos

re possint, acres addit animi motus,
quibus ad res præclare agendas exci-
tentur. Sic Romanis eo redactis ut au-
to salutem redimerent, repente, exor-
tus est Camillus, Scipio Africanus &c.
Iudeis Moses, Iosue &c. periclitanti Su-
sanne, Daniel Innocentiae uindex ac
maliciosi facinoris coargutor.

Atq; utinam iure uota rata faxit
Deus opt: max: utinam hanc eadem
spem de te magnifice Domine conce-
ptam, uelit non esse uanam. Titillat
enim animos omnium piorum nescio
quid lati ominis, Deum tandem, ira
uersa in misericordiam, sanctissimo
Regi nostro, Pupillo summi & poten-
tis Dei, te Magnifice Domine desig-
nasse, quitantas rerum nostrarum un-
das, tua pietate, tua prudentia, tua auto-
ritate compones.

Et quamq; ^{ratio} non penitus reclamet,
cum tanto temporis spacio conatus
omnis magnifica uestræ in restituenda
pristina libertate, non nisi humili serpaci:
tamen

tamen spes piorum nullo modo frangi
debet. Ea est unum perpetua & immutabilis.
diuina conuentudo, potius
admiranda quam perscrutanda, ut quos
suo tempore exaltare uelit, eos in pri-
mis humi prosternat, & plane in nihi-
lum redigat: ut prioris fortunæ memo-
res, se sub potenti manu Dei humiliar-
ent, dicentes. Tibi Domine honor &
gloria, nobis autem & faciei nostræ
confusio & ignominia, ac una cum
Dauide se rursus fide erigerent, scriptū
est enim, Leones esurierunt, timenti
autem Dominum non de erit ullum
bonum.

Tales erant Romulus & Remus a lupa educati, quorum alter postea Ro-
mam totius orbis Monarcham condi-
dit. Cyrus a pastore Educatus, huic
non absimilis fuit, qui postea secundæ
Monarchiæ Persicæ autor exitit. Mo-
ses, Dux populi Dei, adhuc infantulus,
in fluum proiecitur, qui postea diuina
prudentia, a filia Pharaonis Educa-
tus, Pharaoni, patri nutricis interitum
parat.

A iij

Hanc

Hanc eandem spem omnibus p̄ijs
M. D. Communem, illud maxime au-
get, quod in alio nemine præcipimus
tot dotes, ad tantum negotium confici-
endum necessarias.

Nam ut omittam tot res arduas ues-
tut aspirante Deo a uobis magnifice D:
fœliciter gestas, tria potissimum eluent
in eo, qui tantos Regni nostri motus sic
cōpositurus, pietas, excelsus animus, et
prudentia.

Olim optime de Reipub. meritis
deferrebat sicut titulus, Pater Patriæ. Hu-
ius inscriptionis honorem tua magnifi-
centia multis nominib. promeretur, ac
possidet multo glorioius impressum
mentibus hominum, quam si columnis
esset expresus.

Porro non minorem curam esse
Christianæ religionis, declarat totius uis-
tæ Vestræ integritas, cum exempla pi-
orum Principum, qui in sacris enume-
rantur historijs, Ecclesiæ membra fo-
ues & doctrinam cœlestem ad omnem
posteri.

posteritatem transmitti cures. Omitto
ea quæ arguunt animum magnificæ ues-
træ uere sublimem, & prudentiam non
admirandam modò, uerum etiam co-
lendam nec mihi satis unq̄ eloquen-
dam.

Arbitror enim facile perspici si-
gularem quandam magnificæ Vestræ
prudentiam, quam in uobis tum ætas,
tum plurimarum rerum usus, absolvit.

O utinam omnes exemplum tam
p̄ij Principis sequerentur: Et contem-
nis priuatis affectibus, uelut è sublimi
quadam specula deflesterent oculos ad
pietatem: Primum ipsi concordia iun-
cti multo foelicius regnarent, hostes
propellerent, & exitiale dissidium Eco-
clesiæ facilius componerent.

Aristoteles scribit Grecos templa
Gratiarum in medijs urbibus condere
solitos, ut homines mutuæ beneficentię
atq̄ gratitudinis admonerentur: Ita &
nos literis dediti in medijs scholis, collo-

A v cata

cata gratiarum templa existimamus, cū
de gratitudine præstantia alios differen-
tes audiamus, Scholæ enim sunt officia
næ ut cæterarum uirtutum, ita maxime
gratitudinis. Cum igitur nullum uici-
um magis pugnet cum natura, & societate
humanæ generis, quam ingratiitu-
do, recte ac pie me fecisse arbitror, cum
ingratitudinis uotam uitare contem-
dens, grati animi scauitionem magnifice-
uestræ ostendero, Dixeris enim males-
dicta cuncta cum ingratum hominem
dixeris. Item non recedet malum ados-
tmo ingrati, & Philippus macedo pro
Alexandri magni fertur habuisse mili-
tem, qui ei propter fortitudinem in pri-
mis charus erat, hic naufragus ad uillam
cuiusdam agricolæ ægrè enatauit. Agri-
cola audiens militis clamorem, accurrit,
eumq; rigentem frigore & penè exani-
mem dicit in uillam: Et quibus potest
officij recreat, post triduum cupien-
tem abire etiam uiatico instruit. Miles
discedens, prolixè (ut solent) pollicetur
se gratuifore relaturum. Sed quid de-
sum

num accidit? Narrat Philippo naufragium, tacet Interim hospitis beneficium, & petit sibi donari illud prædium. Rex facile obtemperat, præsertim cum eum bene meritum esse iudicat: Iubet igitur eum induci in bona quæ petiværat miles.

Nec tulit Iniuriam agricola, expulsus bonis, ab eo quem seruauerat: Venit ad Philippum & de eius ingratitudine apud eum conqueritur.

Hic adeò exarsit ira Philippus, ut Pausanias mandaret prædium priori Dominio rursus restituendum, militæ, ingrato exautorato, Illi uero stigmata iniuri, frontiç inscribi his uerbis iussit.

Hospes Ingratus.

Tanta naturæ uis est, M. D. ut nemo tam ferreo ac Adamantino animo sit, qui hanc audiens historiam, non ex animo probet iustissimam Philippi Sententiam, omnibus Principibus observandam & imitandam.

Cæterum

Cæterum non me clam est, Coram
Principe præsertim occupatissimo, aut
quām minimum aut quām dulcissime
differendum esse, Igitur cum alterum
natura mihi denegatum sit, Illud eligam
ut quām minimum scripsisse uidear.
Qua propter oro magnificentiam tuā,
ut hunc meū animum libenter gratifica-
ri uolentem, clementer ut soles, appro-
bes. Nihil enim laudabilius, nihil pio
Principi dignius, placabilitate atq; cle-
mentia, Sicut uetus de Princeps
dulcissime cecinit.

Sis pius in primis, nam cum uinca-
mur in omni munere, Sola Deos equat
clementia nobis.

O Ro autem filium Dei, Dominum
nostrum Iesum Christum, ut poe-
nas multis modis promeritas, & cala-
mitates Ecclesiæ diuturnas mitiget, &
furores organorum Diaboli reprimat.
Regem autem nostrum serenissimum,
Pupillum miserentis Dei, benedicat :

Illi sua auxilia ut promisit, Pupillo tu
eris adiutor, subministret, regat ac gu-
bernet; ut sub umbra alarum suarum Ec-
clesia nostra multis seculis quassata, ali-
qua Halcyonum tempora habere pos-
sit, in quibus incubare ouis, excludere
pullos, in media bruma possit. Tuæ ues-
tò magnificentiæ fortunatos addat suc-
cessus, & pie incoatam uocationem fœ-
liciter ad finem tuæ uitæ utilem, &
subditis salutarem educat, tecq;
ad nestoreos annos inco-
lumem conseruet,
Amen.

